



**Avrea Gemma Christianorvm**

**Ruben, Leonhard**

**Paderbornae, 1604**

LV. Christus pendet inter duos latrones.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68313](#)

accipit crucem suam, & sequitur me, non est medi-  
gnus. Qui inuenit animam suam, perdet illam; &  
qui perdiderit animam suam propter me, inueniet  
eam. Ibidem cap. 11. 28. 29. 30. Venite ad me om-  
nes, &c. ut fol. 238. Capit. 16. 24. 25. 26. Tunc  
Jesus dixit discipulis suis: si quis vult post me venire,  
abneget semetipsum, & tollat crucem suam & se-  
quatur me. Qui enim voluerit animam suam salva-  
facere, perdet eam; qui autem perdiderit animam  
suam propter me, inueniet eam. Quid enim pro-  
dest homini, si mundum uniuersum lucretur, anima-  
verò sua detrimentum patiatur? aut quam habebit  
uno commutationem pro anima sua? Similia Marc.  
8. 34. 35. 36. Et Luc. 9. 23. 24. 25. Qui addit quoti-  
die crucem tollendam. Ibid. capit. 14. 26. 27.  
Si quis venit ad me, & non odit parentem suum, &  
matrem, & vxorem, & filios, & fratres, & servos,  
adhuc autem & animam suam, non potest meus esse  
discipulus. Et qui non baiulat crucem suam, &  
venit post me, non potest meus esse discipulus.

## CAPVT LV.

Christus pendet inter duos latrones.

**F**IGVRÆ. Iustus Ioseph inter duos male-  
factores in carcerem mittitur. Genes. 39. 20.  
Tradidit q̄ Ioseph in carcerem, ubi vincit regis cu-  
stodiebantur, & erat ibi clausus. Vide & Genesis  
caput 40. 1. 2. 3. 4.

**PROPHETIAE.** Isai 53. 12. Ideo disper-  
tiām



riam ei plurimos: & fortium diuidet spolia, pro eo  
quod tradidit in mortem animam suam, & cum sce-  
leratis reputatus est: & ipse peccata multorum tu-  
lit, & pro transgressoribus rogauit.

**V E R I T A S.** Matt. 27. 44 *Id ipsum autem*  
& latrones qui crucifixi erant cum eo, impropera-  
bant ei. Marc. 15. 27. 28. *Et cum eo crucifigunt duos*  
latrones: unum à dextris & alium à sinistris eius.  
*Et impleta est scriptura, qua dicit: & cum inquis*  
reputatus es. Luc. 23. 32. 33. *Ducebantur autem*  
& alij duo nequam cum eo, ut interficerentur. Et  
postquam venerunt in locum, qui vocatur Calvarie,  
ibi cruciferunt eum: & latrones, unum à dexteris,  
& unum à sinistris. Ioan. 19. 18. *Vbi crucifice-*  
*runt eum, & cum eo alios duos hinc & hinc, medium*  
*autem ierunt.*

## CAPVT LVI.

*Titulus cause Christi mortis imponitur cruci.*

**F I G V R A E.** 1. Samson moriens plures occi-  
dit quam viuus, sic Christus hoc titulo Iu-  
dæos. Iud. 16. 30. *Samson ait: Moriatur anima*  
*mea cum Philistinum, concussisq; fortiter columnis, ce-*  
*cidit domus super omnes principes, & ceteram mul-*  
*titudinem, qua ibi erat: multoq; plures interfecit*  
*moriens, quam ante viuus occiderat.*

2. Nunc clangor victoriae regis in Iacob.  
Num. 23. 31.

**P R O P H E T I A E.** 3. Psalm. 2. 6. 7. 8. 9.  
10. 11. 12. 13. *Ego autem constitutus sum rex ab eo*  
*super*